ſummóq; ſe delectatione capi indicaturus, ſales
iocos et facetias in ſpectatorū oculos ſpargit
vt et omnium oculos et animos in ſe avertat,
clamat herus æstuo, continuo canis advolat
artificioſo quodam ſaltu pileū quod caput
operiebat, auffert, digito demonſtrat porta mihi
baculum et chirothecas, ſine mora mordicus
accipit incedens vt olim Diogenes Platonis faſtū
calcans, vocat adeste agrum colamus, aſpicite quanto
artificio fuſtem aratri ſibi loco poſitū plantis
anterioribq; retineat. quid canem illum memorem
qui domino ſuo ex laniena, corbe collo iniecto,
carnem ſine duce, ſine comite detulit. Vultis
Auditores Relligioſiſſimi vt ideo ipſe famulū
pigrum oculis veſtris ſubiiciat? fingite ante
oculos veſtros canem (cuius nomini famæ et gloriæ
parco) ſeruū ad viuum, vt ita loquar, depingen-
tem, videbitis enim tam iacentem quaſi Jovis
fulmine deiectum, iam ſeſe quaſi in calefactis
plumis voluentem et revoluentem, ore hiante,